



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita Et Institvto S. Ignatii Societatis Iesv Fvndatoris.  
Libri Qvinqve**

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1665**

XCIX. Lupi Lanzo pulsi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10840**

dissipasset, quos nulla pharmaca domuissent; at enim, incauta non diu an-  
ceps hæsit, vix suspicio attenderat, cum tormento dentium integrato, in-  
credulitatem suam, & stoliditatem damnare didicit. Quare petitam cum  
lacrimis veniam & sanationem iteratam obtinuit.

Rochum Bondum Siculum Sacerdotem anno saeculi voluentis tertio **XCVIII.**  
Vibonæ pleuritis opprimebat, accedenteque febri peracuta & excreatio- Pleuritis per-  
ne sanguinis copiosa, extra spem humani remedij iam deposuerat. Poten- sanata.  
tiori ergo confilis medico ab S. Ignatio valetudinem petiit, eius effigie im-  
pressam icunculam ori inseruit tanquam præsentem morbo medicinam, &  
vero quantum sperauerat, tantumdem pia fiducia euicit, cum enim indor-  
misset, post breuem somnum experrectus, febri, sputis cruentis, abscessu,  
dolore lateris catuit.

Anno 1626. fœda luporum eluviæ montibus delapsa valles aliquot Pe- **XCIX.**  
demontiorum fecerat inaccessas, interque has vallem quæ Lanzus dicitur. Lupi Lanzo  
numero, ac rabie armati adoriebantur incautos magna strage, nec ruri gre- pulsi.  
ges, nec homines, ab iis se satis tuebantur. Fuerat non pridem in templo  
principe Menezilis positum S. Ignatio facellum, illuc oppidanî nouemdia-  
lem supplicationem publicè decernunt, & sacrum solemne, ad auertendam  
ferarum infestationem, magnis & frequentibus damnis furētum. Supplican-  
tium agmina procedere cœperant, cum statim quod experierant, impetra-  
tum tulere, vi enim diuina Lupi turmatim abacti fugere, vitare occurrentes;  
puero vel agno si forte obuij fuissent, resilire velut exterriti; duobus, solum  
ad evidentiam miraculi permisum lœuire alter pusillum in gregem inci-  
dens, custode septenni puella, cum fratre annis duobus minori, omisis ouibus,  
& puella, ferox puerum occupat, sternit, rostro hoc illuc versat, & agi-  
tat, presso tamen semper & innocuo dente., Sed erat vicinia, S. Ignatij us-  
que adeò secura, ut soror accurreret, Lupum baculo cæderet, ac nihilo  
mitius, eiulanti puero infestum, auribus prenderet, amotumque à pueri  
corpo, in montem retruderet: audacior alter tugurium subiens, ex ali-  
quot pueris illic hærentibus, correptum collo, quinquennem abstulit, &  
in syluam refugit. Mater terram haud procul fodiens ad eiulatus, fletum-  
que pueri accurrit, raptum videns, S. Ignatio ante omnia supplex aduolu-  
itur, post insequitur montem versus, quæ Lupus puerum tulerat, sed nul-  
lis diu vestigiis assecuta, inopinatè audit inter saxa quedam compellari  
se ab eo, mater! Adsum mater, & saluus: nafrat deinde quo pacto foret de  
repente ab Lupo dimisus aliquamdiu fixis tuente oculis, exsufflante, ac  
deinum in syluam se abdente: comparatis autem horæ articulis cognovit ma-  
ter dimissum tunc à bellua filium cum eum S. Ignatij tutelæ crediderat.

Hiolæ, & Turture, pagis vallis eiudem duobus, magna strage, anima-  
lium peitis lœviebat, pari damno infelicium rusticorum. Huic ut occurre-  
rent ad S. Ignatium studia conuertunt, cuius in exterminandis Lupis experti  
erant beneficentiam. Ex voto illi sacram ædem designant in monte prox-  
mo, cui Baſtia nomen, conſtruendam; ex veteris caſtri congestis illic rude-  
ribus.

C.

L L 1

ribus. Nuncupato voto,cessat strages, difflatur pestilens, ægra sanantur animalia, facellum extruitur, quod tanta statim S. Ignatij veneratione, tanto frequentatur populorum concursu, vt ex montis altero latere noua opus fuerit ad facellum via, præter quod eminens è motis vertice, & subiectis latè conspicuum, sua quisque ex domo multi preces illuc, cultumque mittebant. His sanctus erga se tam piè religiosèque animatis paganorum affectibus non crebra modo respondit liberalitate, in supplicum gratiam; verum illic quoque se adpeccabilem præbuit. Paulæ, Thomæ Mulfani coniugi filium sanarat Ignatius, cum ab hernia tam male haberet, vt in uno chirurgi ferro remedium omne positum censeretur. Hæc recitatis quas sancto voverat precibus, si saluum ab eo filium exorasset, vt has ei offerret ad montem oculos conuertit: illic autem sanctum editori saxo conspicit insidentem: quæ eius altari locus fuerat designatus, erat vestium vt solet hominum de Societate, sed pulchrior atque ornatior, vultus coelum spectabat, assidebat haud procul, sed paulo inferior, eodem ornatu socius, sed minus eleganti. Agnouit sanctum mulier, tūm interiore afflata monita, tūm voluptate animo impressa, qua se sensit illico delibutam. Rem communicauit cum parocho Ceris (quæ curia est in confinio Mezenilis) illius suauis precatio-nes, in sancti honorem, & sacræ Hostiæ sumptionem feruentius solito fre-quentauit; sic enim Parochus futurum confidebat, vt promereretur se-cundò idem visum spectare, quo prioris fides certior constaret. Nec pru-dentem virum sua cogitatio fecellit. Paula, anni eiusdem, Decembri vige-simo, casu nescio quo, vehementer afflita, cum se suaque sancti præsidio ardenter commendasset, in facellum oculos, montem versus reflectit; & vi-det secundò, eodemque in saxo S. Ignatium qui aspectus, mœrem quo obruebatur puncto temporis discussit, & miris animum exaggerauit deliriis. Hæc totis circum vulgata pagis, & oppidis, magnos erga sanctum pietatis Motus exciueret, quibus creuit in eum multis locis religio, ædificata aræ, & facella, cultus, præmisso ieiunio, dies eius anniversarius, festa, & solemnis veneratione.

## INDEX